



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 115. Sanctio Palatina contra religionem a Pontifice reprobata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

**Sæc. XVIII.** Insuper Canonici Hildesienfes om-  
**A. C. 1712.** nem adhibuere conatum, ut Catholi-  
 corum Principum auctoritate ac officiis  
 in Ultrajectensi Conventu illata eis  
 damna resarcirentur, & iniquæ hæc pa-  
 ctiones rejicerentur. Hoc eorum stu-  
 dium Pontifex non modo summis lau-  
 dibus extulerat, sed etiam eorum causam  
 Cæsari, Franciæ, Hispaniæ, Po-  
 loniæ, & Lusitaniæ Regibus, necnon  
 Moguntino & Trevirensi Electoribus,  
 ac Leopoldo Lotharingiæ Duci die de-  
 cima quarta Januarii anni sequentis  
 impense commendabat.

## §. CXV.

*Sanctio Palatina contra religionem  
 a Pontifice reprobata.*

*Epist. Clem. XI. p. 1734.* Jam anno hujus sæculi quinto die vi-  
 gesima prima Novembris jussu Jo-  
 nis Guilielmi Palatini Electoris sanctio  
 quædam seu declaratio sub titulo: *Re-  
 cessus Religionis pro inferiori Palatinatu,  
 eique annexis ditionibus* edita erat, in  
 qua innovatis quibusdam pacis West-  
 phalicæ articulis ad religionem perti-  
 nentibus sancitum, ut omnes plena  
 conscientiæ libertate potiantur, & pro  
 suo arbitrio ab una ad aliam religionem  
 transire possint, insuper de rebus Sa-  
 cris, Ecclesiis, Ecclesiasticis proven-  
 tibus,



tibus, Matrimoniis, spiritali anima-  
 rum regimine, Sacramentorum admi-  
 nistratione, unione & divisione Paro-  
 chiarum, & de aliis ejusmodi rebus  
 libere laica potestate decernebatur.  
 Præscripta etiam erat Ecclesiarum, Ec-  
 clesiasticorumque proventuum divisio  
 inter Catholicos & Sectarios, ita, ut  
 his Ecclesiarum electione concessa, eis-  
 dem ex septem harum Ecclesiarum par-  
 tibus quinque partes, reliquæ vero  
 duæ tantum Catholicis assignatæ fue-  
 rint. Instaurabatur quoque *Consilium*,  
 ut vocabant, *Ecclesiastico - Reformatum*  
 pro directione rerum & causarum Ec-  
 clesiasticarum, & pro jurisdictionis ju-  
 riumque defensione: Præterea binis  
 A catholicis Theologiæ Professoribus  
 ab eodem Consilio nominandis con-  
 gruum in Heidelbergensi Universitate  
 stipendium eo fine constituebatur, *ut*  
*celebris olim hæc Universitas tanto citius*  
*pristino flori & frequentia restitatur, ac*  
*universis etiam Religionibus in qualibet fa-*  
*cultate proficiendi occasio præbeatur, per-*  
*inde ac si hæc Universitas jam An. 1346.*  
 a Ruperto I. Electore Palatino fundata  
 longe magis ac dudum sub Catholicis  
 Professoribus insigniter non florisset,  
 prius quam de Calvino somnium. Post-  
 quam ergo Pontifex hujus sanctionis  
 notitiam acceperat, jam anno hujus

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1712.

Hh 3

fæ-



Sæc. XVIII. sæculi octavo Mense Januario Elector  
A. C. 1712. rem rogabat, ut quamvis a pravis, sub-  
 dolisque consiliis sibi suggestis incita-  
 tus, ad declinanda majora mala, &  
 ad orthodoxam religionem a gravi  
 oppressione ab A catholicorum Princ-  
 pum vi & armis metuenda defenden-  
 dam hæc decrevisset, nihilominus cur-  
 ctas hæc sanctiones abrogare, & om-  
 nia in pristinum Religionis statum re-  
 stituere, suæque famæ indemnitati &  
 conscientiæ consulere vellet: cum ac-  
 tem Elector, ne hac revocatione Aca-  
 tholicos Principes irritaret, ac prom-  
 ssum fidem fessellisse accusaretur, sum-  
 edictum minime revocaret, hac autem  
 indulgentia Calvinistæ pro more suo  
 abutentes, Catholicis in Palatinatu  
 inferiori Indies majores inferrent inju-  
 rias, ac feuda, aliaque loca ibidem oc-  
 cupantes, debitis stipendiis Parochos  
 fraudarent, aliisque acerbis vexatione-  
 bus opprimerent, ejectisque Ludima-  
 gistris Catholicis Calvinianos subroga-  
 rent, Catholicos pueros eorum Gym-  
 nasia frequentare, adultos ad bellum  
 procedere compellerent, adempta illi  
 spe in patriam redeundi, aut matrimo-  
 nia ineundi, nisi a Catholica fide des-  
 ciant, eorumque liberi omnes in hæ-  
 resi educantur, eapropter Pontifex rati-  
 sus hoc anno die trigesima Julii ad-  
 eum.



eundem Electorem literas dedit, de-  
 clarans, quod Apostolica auctoritate  
 cuncta in hoc recessu contenta, quæ  
 Catholicæ fidei, Divino cultui, anima-  
 rum saluti, Ecclesiæ & auctoritati Apo-  
 stolicæ Sedis, jurisdictioni, libertati,  
 privilegiis & juribus officiant, nulla,  
 & irrita sint, proin Elector hoc pro-  
 missio nequaquam teneatur, nec illud  
 ullo pacto observari possit, ac debeat.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1712.

§. CXVI.

*Electoris Palatini responsum ad has  
 Papæ literas.*

Acceptis hisce Papæ literis Elector pro  
 sua erga sacram Sedem reverentia

*Epist. Clem.  
 XI. p. 1735.*

Düsseldorfio die vigesima octava Augusti  
 hæc rescripsit: „Ubi primum certior factus  
 „fui recessum Religionis pro Palatinatu  
 „dudum nempe die 21. Novembr. 1705.  
 „jussu meo editum Sanctitati Vestræ  
 „displicuisse, omni, qua potui celeri-  
 „tate, ac diligentia, eidem Sanctitati  
 „Vestræ caussas, circumstantiasque,  
 „quæ animum meum ad ejusmodi re-  
 „cessus promulgationem promoverunt,  
 „necnon rationes, quibus id agens,  
 „Ecclesiæ, ac Religionis caussam ne-  
 „quaquam lædere, sed potius juvare  
 „existimaverim, reverenter deferri cu-  
 „ravi, pluribusque explicui. Receptis

Hh 4

„nunc